quadratū et⁹ est ꝓmēsurabile. Primo ergo mō res dicuntur possibiles a potentia dei vel ab alia causa.

¶ Sequitur tertius phisicorum.
Quoniam autem natura.

¶ Circa tertium phisi. queruntur quinqꝫ. Primo an motus conuenienter diffiniatur. Secūdo an motus sit eiusdē essentie ⁊ predicamenti cum suo termino ad quem. Tertio an motus distinguatur a mobili. Quarto an sit dabile aliquod infinitum. Quinto an sit dabile infinitum a deo factibile.

Ad primum sic procedit̄ videt̄ ꝙ motus nō bñ diffiniat̄ dicēdo motus est act⁹ entis in potētia scōm ꝙ hmōi qz mot⁹ localis est act⁹ entis in actu cū mot⁹ sit q̄dā actus existēs in nobili ergo mot⁹ nō debet dici actus entis in potentia. Sed contra est philosophus.

¶ Respondeo dicendum postq̄ determinatum in p̄cedentibus de principijs rerum et scientie nunc tractandū est de motu in isto tertio. Et in quarto determinabitur de consequentibus motum quia tamen infinitū immediatius consequitur motū ideo in isto libro simul determinatur de motu ⁊ de infinito.
Pro quo sciendum ꝙ scientia naturalis est de natura quia ergo in diffinitione nature ponitur motus ideo necessario determinat de motu. Tuz quia ignorato motu necesse est ignorare naturaz qz ignoratis partibus diffinitionis ignoratur diffinitio ⁊ diffinitum. Tum quia cōsiderans causam per se habet cōsiderare effectum per se sed motus est effectus per se ipsius nature ergo ad phisicū pertinet considerare de motu. Et per idem probatur ꝙ habet considerare infinitum locum ⁊ tempus quia ista cōsequunt̄ motū vacuū autem consequitur motū secundum opinionem antiquorum ideo etiā in quarto phisi. determinat de vacuo.
¶ Notandum preterea ꝙ locus vacuum ⁊ tempus se habēt ad motum extrinsece vnde locus extrinsece mensurat motum ⁊ similiter tempus ideo de istis non determinatur in hoc tertio infinitum autem est ratio intrinseca motus quia motus in infinitum diuidi potest ⁊ motus est continuus modo in vna diffinitione continui ponitur infinitum cōtinuum vno modo diffinitur ꝙ est diuisibile in infinitum. Alio modo cuius partes copulantur ad vnum terminum cōem ⁊ sic infinitū non ponit̄ in sua diffinitone.
¶ Notandum preterea ad sciendum quid sit mot⁹ tres ponūtur diuisiōes a phō. Prima entium aliud est potentia aliud est actus ⁊ hec non est per diuersa genera entiū quia potentia ⁊ act⁹ inueniunt̄ in quolibet genere. Secunda diuisio est ipsius entis in decem predicamenta. Motus autē cōtinetur sub scōo membro prime diuisionis ⁊ sub quattuor generibus secunde diuisionis. Est enim motus secundum substantiam q̄titatem qualitatem ⁊ vbi vnde in istis p̄dicamentis reperitur motus qui non est preter res ad quas est motus que quidem res sunt de altero istorum predicamentorum tantum. Vnde sciendus ꝙ omne imperfectum cadit sub eodem genere cum perfecto non sicut species sed reductum sicut materia prima est reductiue in genere substantie sed motus est actus imperfectus ergo est in eodem genere et predicamento cum suo termino: non enim potest esse extra quolibet predicamentum quia alias non esset ens quod per decem predicamenta sufficienter diuiditur. Hūs autem generibus inquit S. T. hic non est accipere aliquid ratiōe vniuocum ⁊ ideo motus non potest esse genus ad diuersa predicamenta Quod autem in predictis predicamētis possit esse per se motus patet quia in eis aliquid potest exire de imperfecto ad perfectum esse alicuius forme.
¶ Notandum preterea ꝙ.3 diuisio quaz ponit philosophus est ipsius ad aliquid. Nam motus aliquo modo ad hoc genus pertinere videtur inq̄tum mouens refertur ad mobile. Ad huius intellectum considerandum est secundum. S. T. ꝙ cum relatio habeat debilissimum esse quia consistit tantum in hoc ꝙ est ad aliud se habere oportet ꝙ super aliud accidens fundetur quia perfectiora accidentia sunt propinquiora substantie et eis mediantibus alia accidētia substantie insunt maxime autez super duo fundatur relatio scilicet super q̄titatem ⁊ actionem ⁊ precipue super numerum cui competit prima ratio mensure vt duplum et dimidium et super actionem et passionem vel secundum ipsum actum sicut calefaciens dicitur ad calefactum vel ꝙ est egisse sicut pater refertur ad filium quia genuit vel secundum potentiā agendi sicut dominus ad seruum quia potest eum cohercere hanc diuisionē ponit philosoph⁹ sub alijs verbis scilicet ꝙ ad aliquid aliud quidem est secundum superhabundātiā ⁊ defectum aliud est secūdum actiuum ⁊ passiuum vt motiuum ⁊ mobile et ad hoc secundum membrū pertinet motus. Ex his ergo patet ꝙ motus est actus secundum aliquid scz secundum. 4. predicamenta et ꝙ est alicuius scilicet ipsius mobilis.
¶ Notandum preterea ꝙ dupler est actus quidam est actus purus vt deus qui est actus perfectus ⁊ sic etiam illud quod est in termino ad quem dicitur esse in actu ⁊ simpliciter tale. Alius est act⁹ imperfect⁹ ⁊ permixtus potētie vt actus qui adhuc est i fieri et sic calefieri est quidam actus ipsius aque secundum ꝙ procedit de esse imperfecto caloris ad esse perfectum vnde aqua anteq̄ calefiat est in potentia vt calefiat ⁊ vt sit calida sed quando calefit tunc non est in potentia vt calefiat sed actu calefit et est in potentia vt sit perfecte calida. Ex quo patet ꝙ motus est actus quia per eum res dicitur actu calefieri. Est autem actus entis in potentia quia semper reperitur in ente in potentia quia licet idem quandoq̄ sit in actu ⁊ in potentia non tamen secundum idem vt puta actu calidum est in potentia vt frigefiat. Ex quo patet ꝙ motus conuenienter diffinitur dicēdo ꝙ est actus entis in potentia secundum ꝙ in potentia.
¶ Et notandum ꝙ tripler est actus primus quidā est actus primus quo ad fieri ⁊ sic motus potest dici actus primus ⁊ forma per motum producta act⁹ secundus. Alius est actus primus in essendo et sic forma substantialis est actus primus accidentalis vero actus secundus. 3. dicitur actus primus prioritate cause formalis ad suum actum et sic anima dicitur actus primus corporis animati et viuere act⁹ secundus. Ex hūs patet ꝙ antiqui male diffiniuerunt motum dicentes motus est exitus de potentia in actum non subito quia exitus est species motus genus autem non diffinitur per speciem. Tum quia subitum in sua diffinitione habet tempus. Est enim